nihil habeo enotatum), legebatur: *et quia similes sunt solis effectibus effectus lunae*, scripsit *et quia similes sunt solis effectus lunae:* nisi forte eo invito emissa est vox *effectibus*, voce simili quae sequebatur extrusa, id quod aliis duobus locis factum esse e librorum mss. quibusdam colligo vestigiis. Legitur enim lib. I. cap. 12 (p. 269 Z.) *Ecce occasio nominis, quo Maiam eamdem esse et Terram et Bonam deam diximus, coëgit nos de Bona dea quaecumque comperimus protulisse,* ubi offendit illud *quo*, quum exspectes potius voculam, quae referatur ad vocem *occasio.* Codices mei mss. non discrepant praeter Bamb., in quo legitur *quoniam* (corr. in *quom iam*) *eandem*, unde coniicio Macrobium scripsisse: *quoniam Maiam eamdem esse* cett. — Deinde cap. 15 vers. fin. legitur: *Sunt qui aestiment idus ab ove iduli dictas, quam hoc nomine vocant Tusci, et omnibus idibus Jovi immolatur a flamine*, ubi non liquet, cur ab ove nomen traxisse putentur idus. *Jovi* e meis codicibus habent Med. 1. 2. soli: Bamb. Med. 3. Sal. habent *Jovis*, Gud. ut edd. Colon. et Hervag. *ovis.* Omnia bene se habebunt, si scripseris: *et omnibus idibus Jovi ovis immolatur a flamine*, ut legitur, ne afferam plura, cap. 16. (p. 290 Z.) *si quidem flaminica omnibus nundinis in regia Jovi arietem soleat immolare.*

Eodem illo capite, ut praeter eum, de quo modo egimus, alios quosdam proferamus locos, in quibus cum libri mss. non discrepent, interpolationes indicare potius quam resecare sit artem criticam considerate exercentis, paulo infra legitur: *Sed et omnibus kalendis a mense Martio ad Decembrem huic deae kalendarum die supplicant*, ubi vix dubitaveris, quin damnanda sint verba *omnibus kalendis*, nisi, quod in codd. Bamb. et Gud. legatur *kalendarum dies*, malis statuere haec esse huc translata e sequentibus: *huic deae cuncti kalendarum dies videntur adscripti.* — Lib. I. cap. 17. (p. 295 Z.) legitur: *Plato solem Ἀπόλλωνα cognominatum scribit ἀπὸ τοῦ ἀεὶ πάλλειν τὰς ἀκτῖνας, id est, a iactu radiorum: Chrysippus Apollinem ὡς οὐχὶ τῶν πολλῶν καὶ φαύλων οὐσιῶν τοῦ πυρὸς ὄντα*, ubi delendum esse videtur nomen *Apollinem*, praesertim cum infra sequatur: *Speusippus... ὡς ἀπὸ πολλῶν οὐσιῶν πυρὸς αὐτοῦ συνεστῶτος. Cleanthes ὡς ἀπ' ἄλλων καὶ ἄλλων τὰς ἀνατολὰς ποιουμένου*, ubi interiecto longiore intervallo nomen non repetitur. — Lib. V. cap. 21. carchesium poculum sic describitur: *Carchesium vero procerum et circa mediam partem compressum, ansatum mediocriter,*

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

ACADEMIAE REGIAE

FRIDERICO ALEXANDRINAE

SOLENNIA SECULARIA

DIEBUS XXIII. XXIV. XXV. M. AUGUSTI

CELEBRANDA

PIIS VOTIS NUNCUPATIS

GRATULANTUR

GYMNASII REGII LUDOVICIANI

RECTOR ET PROFESSORES

Insunt Ludovici Jani Symbolae ad Macrobii libros Saturnaliorum emendandos.

SUEVOFURTI, MDCCCXLIII.

TYPIS BRÜGELIANIS ONOLDI.

1 3

τύχην σὴν σεβαστὲ, εἰ πλέον ἐδίδουν. *Non secundum fortunam tuam Auguste:* si *plus haberem, plus darem.* Quae in Graecis omissa sunt, ea primus addidit Camerarius scribens εἰ πλέον εἶχον, πλέον ἐδίδουν. In Bamb. verbis Graecis, quae ut in cod. Camer. incipiunt: μὴ τὴν σὴν τύχην, praemittitur interpretatio: *Non secundum fatum tuum* cett., quae sine verbis Graecis legitur in Gud. Etiam in Graecis cum ed. Steph. congruunt codd. illi, nisi quod Med. 1. 2. habent *NHTHNTYXHNΣOY*, Sal. νὴ τὴν ψυχὴ σοῦ. — Alia denique est in fine capitis 8., quam nullus meorum codd. commendat. — Eadem fere ratione putaverim corruptum esse alium locum, in quo quidem nullus codex ms. meam adiuvat sententiam. Namque legitur lib. I. cap. 17 (p. 297 Zeun.): *Apollodorus in libro quarto decimo περὶ θεῶν, ἠΐον solem scribit ita appellari Apollinem* ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν κόσμον ἴεσθαι καὶ ἰέναι in omnibus inde a Steph. edd., nisi quod in Bipont. suadente Zeunio deletum est *ita*, quod retinent libri mss., qui non discrepant, nisi quod pro *ἠΐον*, quod in contextu habet Med. 1., legitur *HION.* in marg. Med. 1. et in Med. 2. Bamb., *THTON* in Med. 3., ἥλιον in Sal., qui in marg. habet *ἠέον*. In edd. vett. legebatur: *ἰήϊον solem scribit appellari: Apollinemque* ἀπὸ τοῦ κατὰ κόσμον ἴεσθαι καὶ ἰέναι (vel ἰέναι: legas ἴεσθαι καὶ ἰέναι, quia sequitur: *quod sol per orbem impetu fertur).* Verba *ἰήϊον solem* neque inter se neque cum sequenti *ita* congruere facile intelligitur. Videtur igitur scribendum esse aut: *Apollodorus scribit ita appellari Apollinem*, ubi quidem illud *ita* quid sibi velit, non satis liquet, quia in antecedentibus non de nomine Ἰήϊος tantum, sed etiam de nomine παιάν agitur, aut: *Apollodorus Ἰήϊον scribit appellari Apollinem*, quod ita possis defendere, ut dicas *solem* esse interpretationem falsam nominis Ἰήϊον in ἠΐον corrupti, et *ita* inter verba *scribit appellari* ortum esse διττογραφίᾳ, ut in omnibus edd. ante Steph. legebatur lib. V. cap. 19 *sicut Aurelius vir alias doctissimus Cornutus existimat*, et ib. c. 21 *quid sibi nova et peregrina graeca nomina velint*, ubi verba *Aurelius* et *Graeca* libri mss. non agnoscunt, et ex eadem illa editione in posteriores propagatum est mendum lib. VII. cap. 8. (cap. 656 Zeun.) *si idoneam materiem suscipit, libere suscipitur, libere congreditur.*

Eiusmodi erratum suspicatus esse videtur Camerarius, quod lib. I. cap 17. (p. 295 Z.), ubi in prioribus editionibus, ut in codd. Bamb. Gud. Sal. (e Medd.

in oblivione, constitui denuo edere, atque adiumenta congessi alia, alia eaque partim meliora exspecto. Jam vero, cum eam susceperim provinciam, ut ad haec solennia pro parte nostra concelebranda conscriberem libellum, neque in promptu sint maiora atque hac celebritate digniora, e penu meo singula quaedam velut coenae, quam paro, fercula depromere mihi liceat.

Exemplaria, quibus ad libros illos emendandos adhuc uti potui, sunt partim codices manu scripti membranacei, tum a me ipso cum editis exemplaribus collati; 1) Bambergensis M. V. 5. sec. XI. libros tres continens priores. 2) Gudianus 312. sec. XIII., illius simillimus, nisi quod verba Graeca in hoc fere desiderantur, eosdem tres, non quatuor, ut refert Ebertus (biblioth. Guelferbyt. codd. gr. et lat. p. 108.), libros continens. 3) Salisburgensis, nunc Monacensis S. A. 38. sec. XV., Florentiae scriptus, Saturnaliorum libros omnes et Commentarium in Somnium Scipionis continens, in quo inde a libro IV. verba Graeca omnia sunt omissa: tum ab aliis in meum usum locis difficilioribus inspecti. 4) Mediceus 1. cod. VIII. plut. LI. sec. XII. 5) Mediceus 2. cod. XXXVI. plut. LXV. sec. XV. 6) Mediceus 3. cod. XXV. plut. XC. super. sec. XIII., qui continent Saturnaliorum libros omnes, omissis ut in Salisburgensi, qui ex his concinnatus esse videtur, inde a libro IV. verbis Graecis omnibus. 7) Emmeranensis, nunc Monacensis E. 55. sec. XIII., nonnisi septimum Saturnaliorum librum continens: — partim editiones, quas, reliquis tantum non omnibus inspectis, solas fere artem criticam exercenti alicuius momenti esse confirmare possum: 1) Veneta 1. (a. 1472 fol.), ed. princeps ex codice ms. satis bono expressa, sed in quo Graeca omnia paulo longiora omissa fuisse videantur, quacum non Veneta tantum tertia (a. 1513. fol.), quamvis Jo. Rivius in titulo eius hariolatus sit, esse hunc Macrobium nunc primum integrum, in quo Graecae maiestatis dignitas, quoad eius fieri potuisset, superstes reperiretur, sed reliquae omnes, quaecumque ante annum MDXXI. in lucem prodierunt, paucis locis exceptis congruunt. — 2. Coloniensis 2. (a. 1526 fol.), quam, ut ed. Coloniensem 1. (a. 1521 fol.), nihil fere ab ea discrepantem, paravit Arnoldus Vesaliensis, qui Graeca quae nullis libris Mss. adiutus invenire poterat addidit, libros ea qua etiamnunc adsolet ratione in capita digessit, iisque summaria praeposuit, sed ingenio suo saepe nimium

confisus est. — 3. Hervagiana, (Basil. a. 1535 fol.), a Joach. Camerario, qui praestantissimo codice usus est Confluentia sibi allato, in quo, ut ait, pleni omnes hiatus essent ubi in vulgatis exemplis Graeca desiderarentur, confecta: egregia illa quidem, sed in qua id dolendum sit, quod nimis saepe docto editori fraudem fecerit Arnoldi temeritas, cuius vestigia parum cautus sit secutus. — 4. H. Stephani, qui editionis quae prodiit Parisiis a. 1585. 8. procuratorem se fuisse dicit in epistola, quam praemisit, sed opera usus esse videtur Lud. Carrionis, quem contra suam sententiam nonnullis in locis a codicis, quem a doctissimo P. Pithoeo accepisset, vetustissimi lectione discessisse in praefatione queritur. — 5. Js. Pontani ed. prior (Lugd. Batav. a. 1597. 8.), in qua ille Stephani textum, qui optimus visus, se expressisse ait adhibito codice Anglicano, cuius indicio libri III. capita octo postrema (13—20) transtulerit ad finem libri II (ubi sunt capp. 9—16) et addiderit nonnulla in libri III. principio et fine et in libri IV. principio, meis quidem codicibus mss. refragantibus omnibus. Adiecit notas et suas et Mureti, cui sola editio Coloniensis 2. ad manus erat. Altera eius editio (Lugd. Batav. a. 1628. 8.) aucta est inprimis Scriverii thesauris. — 6. Jac. Gronovii, qui editioni, quae prodiit Lugd. Batav. a. 1670. 8. ex altera Pontani editione non sine multis typographorum erroribus expressa, addidit notas suas, in quibus ad Saturn. libros emendandos usus est codice ms. chartaceo Lugdunensi et excerptis quibusdam e cod. ms. Thuanaeo (cf. lib. V. cap. 19). — 7. J. C. Zeunii, qui, cum editio Gronovii Lipsiae a. 1772. 8. iam dimidia ex parte typis iterata esset, a bibliopola imploratus subvenit, typographorum menda, quae invenit multa, correxit adiecitque animadversiones non spernendas illas quidem, sed ad Macrobium emendandum non multum valentes, cum nimiam fidem tribuerit editioni Coloniensi alteri, quam solam inspicere sibi licuisse ipse ait. — 8. Bipontina (a. 1788. 8.), quae adnotatione caret, et longius quam priores a librorum mss. vestigiis recedit, quia, qui eam paraverunt, licet in Notitia litteraria, quam praemiserunt, Arnoldi Vesal. posuerint verba, ex quibus appareat, quanta cum licentia ille rem egerit, tamen omnia, quae Zeunius ex sola illius editione mutanda esse censuit, mutaverunt.

Quae exemplaria si inter se comparamus, apparet non paucis locis inter-

polatas esse editiones partim omnes partim plerasque additis interpretationibus, ita quidem, ut libri mss. aliqua ex parte iis suffragari videantur. Ut lib. II. cap. 6 legitur in edd. omnibus: *Quid? ego, inquit, una manu ludo, et non duabus ut plus habere possim?* ubi verba: *et non duabus* cett., quae non leguntur in codd. Med. 3. Bamb. Gud., primum comparent addito *scilicet* in marg. cod. Med. 1., unde transierunt in Med. 2. et Sal. — Lib. II. cap. 3. extr. inde a Colon. in omnibus edd. sic fere legitur: *Cicero, inquam, cum Piso gener eius mollius incederet, filia autem concitatius, ait genero: Ambula tamquam femina: ait filiae: Ambula tamquam vir; et cum M. Lepidus in senatu dixisset patribus conscriptis: Ego non tanti fecissem simile factum, Tullius ait: Ego non tanti fecissem* ὁμοιόπτωτον. In libris mss. atque edd. vett. omittuntur verba: *ait genero: Ambula tanquam femina*, quae Arnoldus Vesal. ex suo ingenio videtur addidisse; ea autem, quae restant, ita erunt supplenda: *Ambula tanquam si tuus maritus sis*, ut Plautus Aul. I. 4. 21 plenius dicit: *Tanquam si claudus sim cum fusti est ambulandum*, ut emendationibus, quas proposuit Pontanus, opus non sit. Verba: *Ego non tanti fecissem simile factum* ex interpretatione Graeci verbi ὁμοιόπτωτον corrupti in ὁμοιοποίητον orta esse, apparet ex iis, quae leguntur in cod. Bamb.: *ego non tanti fecissem simile factum* ΟΜΟΙΟΠΟΙΗΤΟΝ, et in Sal.: *et cum M. Lepidus in senatu dixisset* ὁμοιοποίητον, *Tullius ait: Ego non tanti fecissem simile factum.* In Gud. idem legitur, quod in Bamb., nisi quod omittitur vox Graeca, quae sola legitur in codd. Medd., ex quibus Med. 1. prima manu, Med. 2. altera manu, Med. 3. habent ΟΜΟΙΟΠΤΩΤΟΝ, Med. 1. alt. m. et Med. 2. p. m. ΟΜΟΙΟΠΟΙΗΤΟΝ. In edd. vett. verbis: *Ego ... factum*, ut in his codd. omissis recte legitur: *Ego non tanti fecissem* ὁμοιόπτωτον. At qua in re versetur Ciceronis locus, non liquet: fortasse in verbis *patribus conscriptis*, quae post verba *in senatu* redundant, aliquo modo corruptis latet id, quod eum provocavit. — Simili modo paulo supra ad explicanda verba Graeca: Ἐὰν ἐπιτύχῃς καὶ περὶ ἡμῶν (edd. vett. ἡμᾶς) πρέσβευσον, Arnoldus Vesal. adiecit: *Si obtinueris et pro nobis intercede*, suffragantibus codd. Bamb. Sal. Gud. (in quo verba Graeca desiderantur), sed suo iure ea rursus eiecisse Carrionem docent codd. Med. 1. 2. 3. — Similis interpretatio ab eodem, ut iidem libri mss. et Sal. testantur, recte eiecta comparet in fine capitis 4. iam in edd. vett., quae habent: μὴ κατὰ τὴν

Solennia Secularia ACADEMIAE FRIDERICO-ALEXANDRINAE, e QVA per hos centum annos tanta virorum praestantissimorum atque doctissimorum prodiit copia, cum laeta omnibus, quicumque litteras colunt iisque favent, tum nobis non uno nomine oportet esse laetissima. Namque et praebuit nobis, si non omnibus, certe compluribus, ILLA fontem adolescentibus, cuius haustu scientiae sedaremus sitim animosque excoleremus doctrina, ut aetate provectis suppeteret, quod doceremus alios: et scholae nostrae egregium aperit campum, in quem, quos ad finem sibi concessum perduxerit, IPSA per legatum adstipulante e disciplina sua dimittat plerosque, ut liberius in eo vagantes ad altiora enitantur studia augeanturque viribus ad vitae negotia strenue atque feliciter obeunda. Idcirco non extimescimus arrogantiae crimen, si dies illos festos non praetermittimus, quin cum tanta hominum frequentia ALMAE OPTIMARUM ARTIUM NUTRICI gratulemur diuturnum temporis spatium feliciter praeclaroque cum eventu peractum, et fausta in omne precamur aevum, oblato, ne sine ullo accedamus munere, omni qua par est observantia, parvulo hoc libello, qui nomen prae se ferat obscurius illud quidem, sed ominis boni, quique, licet se non tollat ad antiquitatis illa lumina, tamen in eo versetur, ut discussis tenebris aditum reddat faciliorem ad libros tanta rerum varietate abundantes, ut neque qui antiquorum populorum vitam moresque describant, eorumve sacra explanent, neque qui dispersas librorum deperditorum conquirant reliquias, eorum tractatione possint supersedere.

Macrobii dico Saturnaliorum libros, quos, sicut omnia, quae ille scripta reliquit, prioribus quidem temporibus saepissime edita, sed hac nostra aetate, qua demum ea instituta est ratio, ut exemplaria manu scripta diligentius excuterentur atque eorum ope veterum scriptorum libri emendarentur, iacentia

an gallina? Irridere te putas, Disarius ait, et tamen quaestio quam movisti et inquisitu et scitu digna est. *** *Cur enim tibi de rei utilitate comparans consuluisti utrum prius gallina ex ovo, an ovum ex gallina coeperit.* *** *Sed hoc ita seriis inserendum est, ut de eo debeat vel anxie disputari.* In posterioribus edd. lacunae signum tantum superiore loco retentum est: in prioribus legitur: *Tu enim me tibi de rei utilitate comparans*, et infra: *ex gallina prodierit*, utrumque refragantibus codd. mss., qui, quod in margine ed. Camer. legitur, *vilitate*, habent omnes, et praeterea plerique (Med. 1. 2. 3. Emm.): *Cum enim tibi*, ut duobus tantum litteris adiectis legendum esse videatur: *Iocum enim tibi de rei vilitate comparans*: quod quidem commode opponitur iis, quae sequuntur: *Sed hoc ita seriis inserendum est*, ut infra: *Quia ex iocis seria facit violentia loquendi.* Sic certe nihil admodum desideres.

Transeamus deinceps ad locos quosdam, quibus omnes edd. inde a Steph. sunt mutilatae. Ac primum quidem Gronovium editionum veterum et codicis sui ms. scripturam *huic Maiae, id est Terrae* (lib. I. cap. 12.), itemque *regina sacrorum, id est regis uxor* (lib. I. cap. 15.), cum in ed. Steph. deletae essent interpretationes illae voculis *id est* adiunctae, suo jure defendisse testantur omnes mei codices mss. Deinde non recte in illis editionibus, lib. I. cap. 14. legi: *quia veteres* an *pro* circum *ponere consueverunt, ut Cato in Originibus,* An terminum, *id est* circum terminum, *et* ambire *dicitur pro* circumire, — ubi in edd. prioribus legebatur: *in originibus oratorum*, — ex iisdem apparet. Sed quid illud *oratorum* sibi velit, non liquet. Quum in cod. Gud. scriptum sit *orator*, et in Bamb. et Sal. punctum positum sit ante *oratorum*, equidem putaverim legendum esse: *ut Cato in originibus: arator an terminum*, idque interpretandum „ducatur sulcus circa terminum.“ Namque hoc verbum hac in re usum esse Catonem docent Isidori Hispalensis (Orig. XV. 2. 3.) verba: *Locus enim futurae civitatis sulco designabatur, id est aratro. Cato,* Qui urbem *inquit,* novam condet, tauro et vacca aret, ubi araverit, murum faciat, unde forsitan maluerit quispiam emendare: *ara tauro an terminum.* — Denique in Laberii versibus, lib. II. cap. 7. eaedem illae editiones exhibent:

Summum ad gradum cum claritatis veneris,
Consistes aegre: et quam descendas, decides,

ubi ante *quam* in edd. prioribus et libris mss. omnibus legitur *citius*, quod metri causa eiecit Carrio comprobante Pontano: at sensus laborat. Quo autem modo hic locus sit emendandus, difficile est dictu, quia et libri mss.

et editiones maxime inter se discrepant. In edd. vett. ante Camerar. verbum *consistes* superiori versui adiunctum est, pro *et citius* eaedem exceptis Colonienſibus habent *nec citius*, quod est etiam in codd. Med. 1. 2. 3. (in Med. 3. addito puncto sub *c*): pro *descendas* Med. 3. Sal. ed. Hervag. habent *ascendas:* pro *decides* codd. mei omnes et edd. vett. ante Colon. habent *decidas*, nisi quod in Gud. *as* correctum est in *es*, in quo etiam paulo supra legitur *agere*, correctum in *egre.* Mihi olim emendandum esse videbatur: *Consistes aegre: ocius quam ascendas decides*, ubi metrum bene se haberet, dum in *ocius* litterae *iu* per synizesin in unam syllabam contraherentur. Deinde cum vidissem verbum *consistes* ita inter duos versus positum esse, ut modo uni modo alteri adderetur, hoc ipsum mihi in suspicionem venit, et in eandem viam, quam temere a Carrione initam reprehendo, incidi coniiciendo scribendum esse verbo *consistes* ejecto: *Aegre est, ne citius quam descendas decidas.* Nempe poterat *est, ne* facile corrumpi in *et nec*, et deinde modo unum modo alterum omitti. Dictio *Aegre est* potest defendi Terentii auctoritate, qui Phorm. I. 3. 7. *Fuisset*, inquit, *tum illos mi aegre aliquot dies*, alia eiusmodi: praesens autem tempus post futurum exactum ideo minus offendere puto, quod in iis quae sequuntur: *ne... decidas*, insit notio futuri hoc sensu: „aegre tibi est, quum timendum sit, ne decidas citius quam descendas.“ Haec iam scripseram, cum ad me allatus est Musei Rhenani vol. II. fasciculus 4., in quo (p. 638). F. Gu. Schneidevinus V. Cl. hunc versum ita emendavit: *Consistes aegre, et citius quam escendas cades*, ubi verbum simplex *cades*, quod primus dedit Sanadonus, sane commendatur iis quae sequuntur: *Cecidi ego: cadet qui sequitur.* Sed nolim comparare, id quod vult vir praestantissimus, Senecae verba iam ab aliis allata: *Ad summum perducta rursus ad infimum velocius quidem, quam ascenderant, revelluntur* (al. *relabuntur*): obstat enim tempus diversum in verbis *quam ascenderant* et *quam escendas.* Haec vero si ita interpreteris: „ante quam ad fastigium ipsum escendas,“ iis quae antecedunt: *Summum ad gradum cum claritatis veneris* minus conveniunt. De altera, quam proposui, emendandi ratione id inprimis me reddit dubium, quod codex Parisinus ille optimus, quo *Schneidevinus* usus est, isque idem esse videtur atque ille, ex quo Gronovius excerpta quaedam habuit, et nisi idem atque codex Camerarii, certe simillimus est, habet, quod Camerasius recepit: *et citius quam ascendas decides.*

Graecorum poetarum versibus, quos Macrobius Saturnaliorum libris inseruit, nondum quam vellem, operam navare poteram, quia, ut supra dixi, in his emen-

dandis inde a libro IV. omnino deficiebar librorum manu scriptorum auctoritate: sed tamen nonnulla in prioribus libris inveni, quae e codicibus meis corrigi posse mihi viderentur, quae quo scriptioni tenui ac levi graviorem imponam finem, subiungam.

In versibus, Epicteti de se scriptis, lib. I, cap. 11. in omnibus edd. legitur *καὶ σώματι πηρὸς*, sed ex omnibus meis codicibus mss. est emendandum *καὶ σῶμ' ἀνάπηρος*. Quam emendationem, in Macrobii editionibus novam, alias iam prolatam esse cognovi e notis quas margini exemplaris ed. Lond. 1694. adscriptas, in bibliotheca Dorpatensi invenit et mecum perhumaniter communicavit M. L. *Mercklinus* V. D. In versibus Homeri, qui afferuntur lib. I. cap. 17. (p. 303. Z.), inde ab ed. Colon. legitur *ἐν Πιερίῃ*, quod F. A. Wolfius (in prolegomenis p. XXVIII.) unde in omnes Homeri editiones venisset, ait se ignorare. Plerosque enim bonos codices servare nomen paene inauditum in geographia, sed hoc ipso ad corruptionem pronum *Φηρείη* sive *Πηρείη*, idque haud dubie ex hoc loco praebere Stephanum Byz. et Hesychium pro regione Thessaliae Pheris vicinae. In scholiis vulgatum non afferri nisi uno loco *Ψ*, 383. Sed hanc auctoritatem non graviorem quam Macrobii habiturum fuisse Valckenarium (ad Ammon III, 12.). At enim concidit etiam Macrobii auctoritas, si inspicimus edd. vett., in quibus legitur *ἐν Φίριν*, in sola Iuntina *ἐν Φέρῃ*, et codd. mss., in quibus est: in Med. 1. 2. 3. *ΕΝΦΕΡΙΗ*, in Bamb. *ΕΝ ΦΗΡΙΕΙ*, in Sal. *ἐν Φηριη*. Wolfius praetulit *Πηρείῃ*, ego vero scripserim *ἐν Φηρίῃ*. Nullum enim nomen magis convenit terrae, in qua nutriebantur equi Admeti (v. 763. *ἵπποι Φηρητιάδαο*), eamque incoluisse videntur Centauri (Il. a. v. 268 *Φῆρες ὀρέσκῳοι*).

Versus Euripidis (ibid. p. 306. Z.) in edd. vett. sic. legebantur: *πυργεννη δε δρακον ολον ηγειται τοις τετραμορφοις ὡραις ζευγην αρμονιαοπλοντου πολυκαρπου οχημα* (in Ven. 1. *οπλου.*) In Colon legitur *Πυριγενῆ δὲ δράκιον... ζεύγλην, ἁρμονίᾳ ὅπλου...*, in Hervag. *ζευγνὺς ἁρμονία πολύκαρπον ὄχημα:* in Steph. emendata voce *ἁρμονίᾳ* duo distincti sunt versus, quorum alter incipit a verbo *Ὡραις:* Gronovius, qui videtur hos versus habuisse pro hexametris dactylicis, uncis inclusit *ταῖς*, quod delevit Barnesius. Matthiaeus in fragm. CLXXVII. scripsit *ὁδὸν* et tres voluit esse versus, quorum alter inciperet a verbo *ταῖς*, tertius a verbo *ἁρμονίᾳ*. In codd. mss. legitur *ΑΡΜΟΝΙΑΠΛΟΥΤΟΥ* (in Bamb. eraso altero *Α*, in Sal, *πουτου.*) Iidem retinent *ΟΛΟΝ*, sed sensus flagitat ut *Λ* statuamus ortum ex *Δ*. Videntur igitur hi versus, ut referendi ad liberius illud anapaestorum genus, forma vocis *ὥραις* mutata in *ὥραισι* sic esse constituendi:

τὸ γάρ που ἢ αὐτὸν ἢ τι ἄλλο μετεωρίζειν ἢ ἀπὸ τῆς γῆς ἢ ἐν ταῖς χερσὶ πάλλειν καὶ πάλλεσθαι. Ceterum de cognomine ipso *Ἐλελεὺς* poterit dubitari, cum cod. Sal. habeat: *Apollo ἕλιξ vel ἑλικοείδης appellatur*, adscripto in marg. nomine *ἐλελεύς*. Sed cum in Bamb. perspicue legatur, et e Mediceis nihil habeam enotatum, nihil ausim mutare, licet propter ea, quae sequuntur, saltem infra additum exspectetur nomen *Ἥλιος*. Contra aliud Apollinis cognomen paulo infra foede corruptum est, ubi legitur: *Item Ἀπόλλων σκιάλλιος, ὅτι τὰς κινήσεις ἀλλοίας ποιεῖ semper nobis ab austro currens.* Interpretatio Graeca, quam Latina, quae sequitur, demonstrat, esse corruptam ex libris mss. Med. 1. 2. Bamb. Sal. emendanda est: *ὅτι τὰς κινήσεις λαίας ποιεῖ.* Pro cognomine ipso in Med. 1. 2. Bamb. legitur *ΣΚΙΑΛΑΙΟΣ*, in Med. 3. *ΣΚΙΑΛΑΙΣ*, in Sal. Sal. *σκιαλαῖος*. Ad interpretationem si respicimus, propter verba *κινήσεις λαίας* scribendum esse videtur *Κιλλαῖος*, quod esse cognomen Apollinis, aliunde illud quidem derivandum, docent verba Eustathii ad Homeri Iliad. a, 38. p. 33. *Ἀπό τινος ἡνιοχοῦντος τῷ Πέλοπι, ὃς Κίλλας μὲν ἐκαλεῖτο, αὐτόθι δὲ τεθνεὼς καὶ ταφεὶς ἐτιμήθη πρὸς τοῦ Πέλοπος κτίσματι πόλεως, ἥτις δι ἐκεῖνον Κίλλα ἐκλήθη καὶ ἀπ' αὐτοῦ Κιλλαῖος Ἀπόλλων*, quibuscum conferas Strabon. lib. XIII. p. 612. sq. — At vero ne ea quidem, quae a Latinis scriptoribus mutuatus est Macrobius, omnino carent erroribus: cuius rei memorabile sane exemplum est lib. VI. cap. 4., ubi de eo agit, quod Virgilius ait *transmittunt* pro *transeunt*, et deinde addit: *Sed et Paestanus Vibonensis sic ait: Pedibus equos transmisimus*, quod est *transivimus*, quae petita esse e Ciceronis ad Attic. lib. XVI. epistola 6, ubi legitur: *Duo sinus fuerunt quos transmitti oporteret, Paestanus et Vibonensis, utrumque pedibus aequis transmisimus*, iam vidit Pontanus. Libri mss. non discrepant, nisi quod Med. 2. ut edd. vett. habet *Iubonensis*, itaque usque dum inventa fuerint alia vetusta exemplaria, ex quibus Macrobium aliud quid scripsisse appareat, equidem putaverim cum haec verba non apud Ciceronem ipsum lecta, sed a grammatico quodam surrepta praveque intellecta in librum suum transtulisse, quae quomodo intelligenda sint praeclare docuit Salmasius Exercc. Plin. p. 400. B. (567.) Inde a Steph. in omnibus edd. his verbis praepositum est signum lacunae. Idem signum non rectius bis appositum est in ed. Steph. alii loco, qui cum emendatione egeat, liceat ineptias illas vere aniles proferre. Legitur enim lib. VII. princip. cap. 16. *Si quid callet vestra sapientia, scire ex vobis volo ovumne prius exstiterit*

λειν, probante H. Stephano, qui in praefatione statuit nomen Ἀπόλλων deducendum esse a verbo ἀπάλλειν, per syncopen ex ἀποπάλλειν facto. Codices mss. exhibent aut ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΠΟΠΑΛΛΕΙΝ, ut Bamb. Med. 1. 2. 3. aut aliud quid quod ex hoc verbo corruptum esse appareat, ut Gud. ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΠΟ ΠΑΛΙΕΙΝ, et Sal. ἀπὸ τοῦ ἀπολλεῖν, non igitur agnoscunt voculam ἀεὶ, quam ne interpretatio quidem Macrobii: *id est a iactu radiorum* commendat. Camerarius videtur ante oculos habuisse verba Platonis (Cratyl. p. 405.): διά δὲ τὸ ἀεὶ βολῶν ἐγκρατὴς εἶναι τοξικῇ ἀεὶ βάλλων ἐστί. Sed nihil ibi de sole: immo de Apolline arcitenente agitur. De sole non nisi uno, ni fallor, loco (p. 409.) in Cratylo loquitur Plato, ubi, postquam dixit, se Dorica nominis forma velle uti, ἅλιος οὖν, inquit, εἴη μὲν κατὰ τὸ ἁλίζειν εἰς ταὐτὸ τοὺς ἀνθρώπους, ἐπειδὰν ἀνατείλῃ, quem quidem locum, id quod adhuc nemo suspicatus est, Macrobius exscripsit hoc ipso capite, infra (p. 303. Z.) ubi in edd. inde ab. Hervag. legitur: *Apollo* ἑλελεὺς *appellatur* ἀπὸ τοῦ ἑλίττεσθαι περὶ τὴν γῆν.... ἢ ὅτι συναλισθέντος πολλοῦ πυρὸς περιπολεῖ, *ut ait Empedocles:* Οὔνεκ' ἀναλισθεὶς μέγαν οὐρανὸν ἀμφιπολεύει, ὑπό τ' ἄλλων ἀπὸ τοῦ συναλίσκειν καὶ σρναθροίζειν τοὺς ἀνθρώπους, ὅταν ἀνατείλῃ. Similitudo huius loci et illius Platonici per se apparet: sed omnis tollitur dubitatio inspectis libris mss., qui pro ὑπό τ' ἄλλων habent: Med. 1. 2. ΠΑΑΤΩΝ, Bamb. ΠΑΛΑΤΟΝ, Sal. πλάταν, in edd. ante Camerar. legebatur ὑπαλλάττων, unde eliciendum videtur *ut Plato.* Nomina Graeca inter Graeca verba posita saepius Graece scribuntur, ut in cod. Bamb. eodem hoc capite, supra, ΚΛΕΑΝΘΗΣ, i. e. Cleanthes, et ΦΕΡΕΚΥΔΗΣ. Fortasse dicet aliquis: At ne illo quidem loco Plato de eo agit nomine, ad quod verba eius refert Macrobius: non possumus ergo non facere cum Camerario. Ego vero etiamnum dubito. Namque hoc loco verbum συναλίσκειν debetur Camerario, in edd. prioribus legebatur συνηλεύσκειν, in Colon. συνελεύσεσθαι et in marg. συνελεύθειν. Proxime accedit quod habet Bamb. ΣΥΝΑΛΑΣΚΕΙΝ, sed in Med. 1. est ΣΥΝΑΛΑΣΣΕΙΝ supra scripto k, in Med. 2. et Sal. ΣΥΝΑΛΑΛΑΣΚΕΙΝ: apud Platonem legitur ἁλίζειν. Itaque contendi non potest Macrobium scripsisse idem verbum, quod legimus apud Platonem. Denique ne constat quidem illum locum, e quo Camerarius verba eius voluit emendare, ante oculos habuisse Macrobium. Quid? si memoria lapsus, quae de Pallade dicta sunt, ad Apollinem transtulit? Certe apud Platonem (p. 406.), ubi Palladis nomen studet explicare, Socrates dicit:

— Πυριγενὴς δὲ δράκων
ὁδὸν ἡγεῖται ταῖς τετραμόρφοις
ὥραισι, ζευγνὺς ἁρμονίᾳ
πλούτου πολύκαρπον ὄχημα.

In versibus Orphicis quibus solem et Φάνητα et Δώνυσον dici demonstrat Macrobius lib. I. cap. 18. (p. 312. Z.) versu 2. inde a Steph. omnes editiones (praeter Bipont. in qua Zeunii monitu, ut in Colon. et Hervag. legitur θεοῖς ὥραν scriptum est) habent:

Ἐξανέφηνε θεοῖσιν ὥραν κάλλιστον ἰδέσθαι,

ut versus una syllaba redundet. In edd. vett. legebatur θεοῖσι ὁρᾶν, idem legitur in cod. Sal., sed e codd. Med. 1. 2. 3. Bamb: restituendum est θεοῖσιν ὁρᾶν, quod respuit Gronovius, quod sequatur ἰδέσθαι. Sed commode iungas ἐξανέφηνε... ἰδέσθαι et ὁρᾶν κάλλιστον, cf. Pindar. Olymp. VIII. 24. Ἦν δ' ἐσορᾶν καλός.

In oracula Apollinis Clarii, quod primus in medium protulit Camerarius, cum in edd. prioribus nihil legeretur nisi: ὄρπαμεν pro Ὄργια μὲν, (ibid. paulo infra) versus 2 vulgo sic legitur: Ἐν δ' ἀπάτῃ παίρη σύνεσις καὶ νοῦς ἀλαπαδνὸς. Sed pro ἐν δ' ἀπάτῃ codices mei praeter Sal. in quo corrupte legitur εἰγ δ' ὀρται, omnes habent ΕΙΔΑΡΑΤΟΙ, ut hic versus sic cum proxime sequenti iungendus sit:

Εἰ δ' ἄρα τοι παύρη σύνεσις καὶ νοῦς ἀλαπαδνὸς,
Φράζεο τὸν πάντων ὕπατον θεὸν ἔμμεν Ἰάω.

Qui sequuntur versus Orphici, in quibus Macrobius refert, quid Orpheus, Liberum atque Solem unum esse deum eundemque demonstrans, de ornatu vestituque illius in sacris Liberalibus scribat, et ipsi a Camerario in lucem sunt protracti. Antea nihil legebatur, nisi αὐτὰ τε πάντα. Particula τε, pro qua Camerarius edidit γε, praeter Sal., qui habet δὲ, legitur in omnibus meis codicibus. Iidem in proxime sequentibus non τελεῖν ἱερᾷ (σκευῇ) habent, sed Med. 1. 2. Sal. ΤΕΛΕΙΠΕΡΙ, Med. 3. Bamb. ΤΕΛΕΙΝΕΡΙ, unde coniectura eliciendum esse videtur τελεῖν ἑ περὶ σκευῇ πυκάσαντα, ita ut pronomine ἕ significetur sacerdos deum ornans, et iungatur περιπυκάσαντα ut per tmesin distractum. Versu 2. nullus cod. exhibet σῶμα θεοῖ πλάττειν ἐριαυγοῦς ἠελίοιο, et 3. πρῶτα μὲν ἀργυφέαις, ut edd., sed v. 2. omnes ΜΙΜΗΜΑ ΠΕΡΙΚΑΥΤΟΥ, et v. 3. ΟΥΝΦΑΟΓΕΑΙΣ: versu 4. pro πυρίκελον in Med. 1. 2. Bamb. legitur ΠΥΡΙΚΕΛΟΝ, in Sal. περίκελον, sed metro flagitante cum G. Hermanno V. Cl. et marg. Dorpat. scripserim πυρὶ ἴκελον: versu 5. omnes mei codd. (e Med. 3. nonnisi tres versus primos habeo enotatos) pro παναιόλου habent ΠΑΝΑΙΟΛΟΝ,

3 0112 126251443

quod si recipimus, debemus versu 6. cum Gessnero scribere πολυστίκτου pro πολύστικτον. Versu 10 omnes: ΑΝΟΡΟΥΩΝ pro ἀνορούσων. In principio eiusdem versus omnes mei codices ut edd. habent Εὐθὺς ὅτ', quare apud Macrobium nihil ausim mutare, sed si quaerimus, quid scripserit poeta ipse, equidem putaverim verum esse Ἤὐθ' ὁγ', quae particula apud Homerum quidem saepe inservit comparationi, semel etiam cum coniunctivo iuncta, Il. ρ. 547. De pronomine ὅγε ad praecedens substantivum ἠελίοιο referendo conf. Naegelsbachii V. Cl. Adnott. ad Hom. Il. p. 218 sq. Contra εὐθὺς apud Homerum ne semel quidem legitur, ita ut in dialecto epica usitatum non fuisse videatur, licet in Batrachomyomachia bis, ni fallor, legatur: quid autem hoc loco εὐθὺς ὅτ' sibi velit, fateor me nescire. Versu 14. pro ζώνη δ'ἀρ'ὑπὸ (στέρνων) Med. 1. 2. Sal. habent ΖΩΣΤΗΡΔ'ΑΠΟ, Bamb. ΖΟΣΤΗΡ.Δ.ΑΡΠΟ, ut legendum esse videatur ζωστὴρ δ'ἄρ'ἀπὸ. Nec mesmovet, quod Gessnerus dicit: „Hunc ζωστῆρα (v. 8.) fert circa ipsa praecordia, πέριξ στέρνων. Alia est ζώνη (v. 14.) ὑπὸ στέρνων," namque facile intelligitur zonam dei comparari cum oceano, velut zona Solis orientis. Versu 15. pro Φαίνετ'ἄρ' codd. omnes exhibent ΦΑΙΝΕΤΑΙ, et pro θαῦμ' ἐσιδέσθαι ΘΑΥΜΑ ΙΔΕΣΘΑΙ (Bamb. ΔΕΣΘΙ). Alia librariorum menda a Camerario sublata consulto praetermisi. Ex iis autem quae protuli, si receperimus etiam illam coniecturam, sic erunt emendandi hi versus:

1. Ταῦτά τε πάντα τελεῖν ἑ περὶ σκευῇ πυκάσαντα
Σῶμα θεοῦ, μίμημα περικλύτου ἠελίοιο.
Πρῶτα μὲν οὖν φλογέαις ἐναλίγκιον ἀκτίνεσσιν
Πέπλον φοινίκεον πυρὶ εἴκελον ἀμφιβαλέσθαι,
5. Αὐτὰρ ὕπερθε νεβροῖο παναίολον εὐρὺ καθάψαι
Δέρμα πολυστίκτου θηρὸς κατὰ δέξιον ὦμον,
Ἄστρων δαιδαλέον μίμημ' ἱεροῦ τε πόλοιο,
Εἶτα δ'ὕπερθε νεβρῆς χρύσεον ζωστῆρα βαλέσθαι
Παμφανόωντα πέριξ στέρνων φορέειν μέγα σῆμα,
10. Ἤὐθ' ὅγ' ἐκ περάτων γαίης φαέθων ἀνορούων
Χρυσείαις ἀκτῖσι βάλῃ ῥόον ὠκεανοῖο,
Αὐγὴ δ'ἄσπετος ἦ, ἀνὰ δὲ δρόσῳ ἀμφιμιγεῖσα
Μαρμαίρῃ δίνῃσιν ἑλισσομένη κατὰ κύκλον
Πρόσθε θεοῖ, ζῶστῆρ δ'ἄρ'ἀπὸ στέρνων ἀμετρήτων
15. Φαίνεται ὠκεανοῦ κύκλος μέγα θαῦμα ἰδέσθαι.

ansis a summo ad infimum pertingentibus (sic non *pertinentibus*, legitur in codd. mss. et edd. ante Steph.). Verba *ansatum mediocriter* ita coniuncta ferri non posse interpretum nemo non vidit, qua re alii alia tentaverunt. Casauboni sententiam, qui (ad Athenaeum lib. XI. cap. 7.) haec verba sic transponere voluit: *compressum mediocriter, ansatum*, comprobavit Zeunius, adiiciens: „atque nisi *ansatum* omnino delere malueris, quod durum esse videtur, in locum τοῦ *mediocriter* translati substitue *utrimque*; quod fortasse corruptioni locum dedit." At Athenaeum si consulueris, qui lib. XI. s. 49. p. 474. habet: ὅτι ποτήριόν ἐστιν ἐπίμηκες, συνηγμένον εἰς μέσον ἐπιεικῶς, ὥτα ἔχον μέχρι τοῦ πυθμένος καθήκοντα, intelliges verbum verbo respondere, si eiiciatur id, quod nos vexat, *ansatum*. Nec durum hoc dixeris, dummodo aliqua ratio possit inveniri, qua hoc verbum inseri potuisse videatur, certe minus durum, quam si cum Zeunio aliud quid pro voce *mediocriter* substituerimus. Ne multa: Italum quendam, cum pro *compressum* legisset *compresum* atque ei in mentem venisset linguae suae vox *presa*, quae significat *ansam*, interpretari voluisse illud vocabulum putaverim addita voce *ansatum*.

Sed cautius tali in re agendum esse, ne, dum studeamus tollere librariorum menda, corrigamus ipsum scriptorem, monent ea, quae ad verba, hunc ipsum locum proxime sequentia: *Ait enim navalis veli partem inferiorem πτέρναν vocari*, adnotavit Zeunius, qui: „Pro *veli*, inquit, hic et mox legendum est *mali* h. e. ἱστοῦ non *veli*, h. e. ἱστίου, quod a re et libris Athenaei est alienum." Namque hoc loco Athenaei quidem verba: Τοῦ γὰρ ἱστοῦ τὸ μὲν κατώτατον πτέρνα καλεῖται videntur flagitare, ut Zeunio obtemperemus, at omnes mei codices exhibent *veli*: et altero illo loco, ubi legitur: *summam vero partem carchesium nominari et inde diffundi in utrumque veli latus ea, quae cornua vocantur*, solus codex Sal. omissa voce *veli* suffragatur Athenaeo, qui habet tantum ἐφ'ἑκάτερα τὰ μέρη, sed Medicei omnes retinent hanc vocem, ut facere non possimus, quin statuamus Macrobium ipsum vocem ἱστοῦ reddidisse voce *veli*. — Ab erroribus minime liberum eum esse docent ea inprimis, quae ut e Platone sumpta profert. Non est quod diu quaeramus. Quae modo attulimus ex lib. I. cap. 17.: *Plato solem Ἀπόλλωνα cognominatum scribit* ἀπὸ τοῦ ἀεὶ πάλλειν τὰς ἀκτῖνας, (ut inde a Steph. in omnibus legitur editionibus, ea apud Platonem non reperies. Camerarius, qui in edd. prioribus invenerat ἀπὸ τοῦ πάλλειν, in margine appositis verbis: „Plato Cratylo" scripsit ἀπὸ τοῦ ἀεὶ βάλλειν, quod Carrio mutavit in ἀπὸ τοῦ ἀεὶ πάλ-